

verba ita veniunt interpretanda, ut menti deserviant ad Text. in lpenult. ff. ad exhibendum, ubi. Neque verba capiari, sed qua mente quid dixerit animadverti convenire, & animadvertit Rota in dec. 32. n. 16. p. 16. rec. & alibi passim. Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Perusina Immissiois.

Ven. 10. Aprilis 1693.

ARGUMENTUM.

Approbantur ea quae in precedenti decisione fuerunt expressa.

SUMMARIUM.

- Referens regulari debet a velato. Limitatur si agatur de referente habente determinatam & perfectam dispositionem factam ab habente potestatem disponendi. Si aliter in referente, quam in relato dispositum appareat illud est attendendum, non autem relatum. Relatum est attendendum vel in his, quae in referente non exprimitur si tamen compatibilia sunt, vel quando praesuppositus processum sit, vel ubi disponens non habeat facultatem diversimodis disponendi, vel demum si terminus referens nec contra nec praeter contenta in relato precise disponat, sed tantum relative. Quo casu sub dispositione facta favore legitime successio non veniat extranei. Pars conditionalis a dispositiva explicatur. Dicitur, ut supra est limitativa ad praecedenter expressa. Ex donatione facta ex causa matrimonii Uxor Jus acquiri dummodo tamen non opponantur conditiones hujusmodi Juris destrucivo. Credita illiquida ob fructuum perceptionem non possunt retardare Immissionem.

DECISIO LXXX.

Immissionem concessam Venerab. Pia Domui Charitatis ad bona q. Bartholomaei Senioris de Cinis per Rev. D. de Aste, tunc Iudicem Commissarium confirmavit hoc Sacr. Tribunal praevius duabus decisionibus, ac Sententiam emanatis coram R. P. D. meo Ursino, a quo interposita appellatione per Catherinam de Camillis ream conventam: minime causa commissa per Signaturam Justitiae cum clausula. Contitito, quod sit locus Statuto de duabus, hodie disceptandum propositi dubium, an sit locus praefato Statuto, vel potius Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda juxta quae petitionem Pia Domus Aetricis non discussa prima dubii parte, quatenus major difficultas potuisset oriri circa Statuti dispositionem, Domini ad secundam respondentis Confirmationis robur Sententiae Rotali addiderunt inspectis requisitis validitatis, & Justitiae; illa etenim satis clara apparuit ex revolutione actorum, ac ista ex fundamentis optime enucleatis in praefatis decisionibus.

Vis namque controversiae circa id principium versabatur retenta facti serie in prima decisione enunciatam, nempe ex eo, quod d. Bartholomaeus senior donaverit bona ad favorem Severi de Severis ejusque descendendum, in defectum quorum substituit dictam Piam Domum, cum hujusmodi donatio habeat relationem ad praecedens Testamentum, in quo eadem Pia Domus vocata fuit ad hereditatem dicti Bartholomaei, non quidem in casu obitus gravatorum, sed tantum in pignam contraventionis eorumdem, an debeat proinde hac substitutio in donatione adjecta, uti se referens ad d. Testamentum, limitari ad formam relati in casu tantum contraventionis, vel potius valeat ex se substitui juxta formam in antedicta donatione expressam, etiam in casu mortis. At juxta hunc secundum intellectum sicuti fuit resolutum in decisionibus prioris instantiae, ita pariter Domini in confirmatione sententiae processerunt.

Nam sicuti vera est Conclusio, quod referens regulari debeat a relato, uti illud informante, & animante, ac unum

neque alteri dicatur juxta in lsi prior ff. solut. Matr. h. i. ff. ita scripsit ff. de condit. & demonstrat. Rota dec. 243. p. 2. dicitur. Merlin. dec. 654. n. 3. & dec. 615. n. 30. dec. 379. n. 12. cum duobus seg. p. 17. rec. & dec. 9. n. 9. & 10. post Torr. de ff. futur. success. & late in Anconitana praedicta 18. Junii 1686. tertio demum, & 12. Decembris 1692. g. i. coram Reverendissimo Domino meo Decano, & novissime in Romana multiplici 2 Februarii proxime praeteriti g. moti sunt coram me.

Ita quoque certa est limitatio, quod si agatur de referente habente determinatam, & perfectam dispositionem factam ab habente potestatem disponendi, utique recipit vigorem, licet discordet a termino relato, vel relatum non reperitur quia tunc non debet terminus referens ab alio recipere, id quod in se habet, Bar. in extravog. ad reprimum dum verbo prout, & in l. cum, qui s. Julianus ff. de Constitut. pecun. Innoc. in cap. Dilectos de fid. Instrumentor. Dec. Conf. 325. nu. 2. Dec. Conf. 58. n. 61. & 62. lib. 2. Surd. Conf. 479. n. 23. & 24. Cardin. de Luca de Fideicom. disc. 118. n. 5. & de praem. disc. 24. n. 10. Gajet. de credit. cap. 3. tit. 4. n. 113. Modermus Forolivien. de transact. q. 61. nu. 12. & 29. ubi alios cumulat, & consult. 47. n. 6. Rota dec. 432. & dec. 667. utrobique nu. 6. coram Merlin. uti fit in referente aliquid de novo magis precise disponatur.

Cum etenim in donatione precise disponatur quoad vocationem, seu substitutionem Pia Domus in casu obitus gravatorum donatio quoad specialem hanc dispositionem nequeat habere relationem ad Testamentum, ubi hujusmodi substitutio non fuit expressa, nam si aliter in referente, quam in relato dispositum appareat, utique illud est attendendum postea facultate disponendi. Altograd. Conf. 44. n. 27. lib. 9. Duoz. Jun. dec. 375. n. 10. Adde ad Buratt. dec. 52. n. 13. Rot. dec. 315. n. 19. par. 11. dec. 503. n. 4. par. 24. & dec. 16. n. 11. & 12. par. 17. rec. & alii cumulat ultra praedicta fuit dictum in decis. hujus causae scilicet prima sub 27. Februarii anni praeteriti g. Etenim Conclusio, & 205. sub die prima Julii proximi praeteriti g. At non ita.

Hinc concurrente voluntate, & potestate, quae vires dare queunt cuilibet dispositioni, non est facienda relatio, nisi ea in referente non expressa, si tamen sint compatibilia, ut essent in hoc casu modus succedendi absque deductione, ac alia in decisionibus enunciatia, contrariaque conclusio procedere potest, vel quando disponens praesuppositi processerit, quia tunc deficeret nova voluntas disponendi in actu referente, vel ex defectu potestatis in nova dispositione relativa, vel demum si terminus referens, nec contra, nec praeter contenta in relato precise disponat, sed tantum relative se habet ad verum exemplar, quia tunc id, quod omittitur in termino referente suppleri debet ex dispositis in relato, ut perpendis dictis circumstantiis distinxerunt praecitati DD. apud citatum Forolivien. de transact. d. q. 61. n. 10. & segg. Rota dec. 382. n. 11. & 12. coram Merlin. & optime in secunda decisione hujus causae g. Quia domini, nec non in Anconitana praedicta 12. Decembris proxime praeteriti, g. Quia obiectum cor. Rev. Domino meo Decano.

Posita existentia Fideicommissi irrelevans visa fuit oppositio ejus non verificationis in favore d. Pia Domus, quia ea satis elicitur ex verbis Donationis cum illius vocatione post defectum legitime successiois Severi Donatarii, quidquid enim sit, an sub nomine legitime successiois comprehendantur haeredes extranei certum ex facti circumstantiis istos non venire, cum tam in dispositiva, quam in aliis partibus donationis videantur contemplati solum haeredes sanguinis d. Severi Donatarii, qui accipit vit donationem pro se, suiisque filiis, nepotibus, & descendentiis masculis in infinitum, & sic etiam in vocatione descendentiis filiae primogenitae Donatarii in defectum lineae masculinae; Unde stante hac explicita voluntate Donantis restricta videntur verba subsequenter legitime successiois ad eam tantum haerendum sanguinis, de quibus supra locutus fuerat, licet quoque ex vi verborum aliqua dubietas oriri posset, ut praeter adductis in prima decisione Domini mei Ursini g. Firmata autem cum duobus segg. docuit Rota dec. 236. n. 5. p. 5. rec. & dec. 95. n. 23. & segg. p. 11. Pars etenim 6 conditionalis bene explicatur a dispositiva, & quamvis in ista aliquod verbum dubium existat, semper declaratur a praecedenti expressione in priori parte facta; debent proinde ceteri in hoc casu repetitae tantum species successorum prius nominatae praeterim stante verbo - ut supra - limitativa ad praecedenter expressa, Rota dec. 320. n. 8. par. 12. decis. 489. nu. 4. par. 14. decis. 269. nu. 27. par. 5. rec. & etiam fuit

fuit dictum perremere in Maceraten. Fideicommissi 23. Januarii proximi praeter. g. Ceterum coram me, ac in citata prima decisione Eoque clarior.

Quoad vel superexistentiam Catherinae Uxoris Donatarii nulli jus considerari potest, quia in dicta donatione licet ea matrimonium facta, tamen expresse Donator se cavet, bona Donatori acquirere certis praedictis substitutibus incontinenti appositis in eodem actu donationis, plene satisfaciendo eadem prima decisio g. Nec superexistentia. Ita pariter dicendum est Immissionem esse concedendam ad omnia bona donantis in donatione comprehensam eo peculiari motivo, quod donans vocaverit sub nomine hereditatis omnia praedicta bona donata; Quapropter etiam in substitutione facta Pia Domus hereditatis huius Universaliter bonorum materialem complexivatem omnibus bonis donatis censendum est, fuisse intellexit, ut in dictis decisionibus.

Tandem quoniam Catherina rea conventa retardare concessum immissionem ob creditam, nam illud dotis Elisabethae uxoris Bartholomaei, ac Sororis Donatarii, a qua habet Catherina casam, iam apparet solum per eundem Bartholomaeum summario praesenti n. 2. & tam quoad illud, quam quoad ea forsitan praesenti urget, vel praesumpta satisfactio, vel saem eorumdem illiquida, ac turbida natura ex fructibus per dictam Catherinam indebitè exactis ex bonis fideicommissi subjectis, ut propterea Immissio haereditatis fideicommissario impediri minime valeat, ut in Romana Salviani x. Martii 1686. g. Quibus stantibus coram bo. me. Rondanino, a aliis relatis in Ferrar. Fideicommissi 26. Januarii proximi praeteriti g. Hinc etiam coram me, & fuit dictum in secunda decisione hujus causae g. ultima.

Et ita unica tam in parte informante; Altera vero satis contumace resolutum fuit.

R. P. D. HERVAULT.

Bononien. Fideicommissi de Pandino.

dec. 4. Decembris 1686.

ARGUMENTUM.

Petrastratur de eadem quae questione agitata per Card. de Luc. de Fideic. l. 1. c. 1. n. 2. nempè conditio uni substitutioni appositae censatur repetita in subsequenti.

SUMMARIUM.

- Validitas sententiae ex resolutione actorum probatur. Sententia lata super statu, & libertate bonorum contra legitimum contradicentem, nocet etiam aliis. Restitutio in integrum est imploranda adversus rem Judicatam. Exceptio rei Judicatae tertio non obstat, nisi copulativè concurrant identitas rei, actionis, & Juris. Testator vocando aliquem post defectum descendentiæ seu lineae ultimam ex ea mortuorum censetur gravasse. Gravamen tamen est intelligendum retento themate, & attente conditione substitutionis praecedentis. Substitutiones, quae dependunt a prima ordinata sub conditione, si sine filiis, per filiorum existentiam omnes expriant. Conditio, si sine filiis repetita dicitur in sequentibus substitutionibus, si iste dependeat a prima, vel ratione necessariae connexionis, vel ratione verbi eisdem regentis, vel quia subsistit eadem ratio. Secus si concepta legantur decisionibus adversatis, itemque si adhi separatio dispositionis, & temporum, aut contraria militet ratio. Quilibet dispositio de per se principaliter dicitur stare, si non concepta est nisi sub diversa periodo, & oratione. Filiorum nomine speciale est. Liberarum nomine universam descendentiæ completit, & propterea ubi illud adest, adesse non potest tantummodo vulgari substitutio. Repetitio antecedentis conditionis excluditur ex ampliori novarum personarum vocatione. Dicitur non esse clausula, & si notam dispositionem non importat.

15 Absurdum, quod magis dilectus, & Testatori cognitus excludatur ab incognito, & minus dilecto, est cotanduum.

16 Non subtilis natura verborum, & dictionum, sed Testatoris voluntas spectari debet.

17 Dictiones causales, ut inducere valeant coherentiam inter duas dispositiones omnino separatas, necesse est, quod praecedat aliqua praesentia dispositio, cui sequens coherentere, & familiariter valeat.

18 Clausula ut infra expressam praesertit relationem ad dispositionem inferius ordinandam.

19 Dictiones causales devotare non possunt consecrativam; seu accessoriam rationem dispositionis, si ista nondum sit facta, & hoc casu forte dicitur dispositio, & independentem inchoare substitutionem.

20 In contrariis unum ab alio pendere non potest.

21 Argumentum ductum ab identitate rationis elicitae ab absurdo rejicitur, quando contra illud militat dispositio Testatoris.

22 Ratio vitandi absurdi inferri pro arguendo, non autem pro destruyendo fideicommissio.

DECISIO LXXXI.

Responsum fuit constare de duabus virtute Constitutionis Gregorii XV. Bononiae vni rei iudicatae habentibus: Haud enim dubitatur de numero sententiarum, & conformitate postremae latae a R. P. D. meo Ursino, cum alia de voto Rote Bononienfis in precedenti instantia pronuntiata, qua, ex remedio l. fin. C. de Edit. Dro. Ad. tollen. concessa fuit immissio executoribus Testamentariis q. Michaelis Pandini de Cimataribus favore tamen, & commodo Julii Caesaris, & Catherinae Conjugum forte extractorum ad cuncta bona a d. Michaeli tempore obitus postea.

Validitas verò eorumdem, juxta vulgatam decis. Verilli 262. p. 2. resultans ex revolutione actorum frustra impugnatur, sub praetextu quod aspirante olim ad contraventionem fideicommissum quodam Machiavelli substituto post obitum sine filiis Joannis Baptistae Pandini, & Camillae Conjugum, qui fuerunt primi haeredes instituti per sententiam definitivam in iudicatum transactam declaratum fuit illud expirasse in persona Lucretiae ditorum Conjugum filiae, quae quidem sententia upotè lata super statu, & libertate bonorum contra legitimum contradicentem nocet etiam aliis substitutis ad notum Text. in l. Ingenium ff. de Stat. Hom. Rota coram Priolo decis. 416. n. 1. & segg. Ideoque antequam in iudicio executivo, seu Ordinario peti posset immissio ex d. l. finali, improbandum erat adversus illam beneficium restitutionis in integrum, Rot. decis. 142. n. 14. & segg. par. 16. recent.

Quoniam cum certi juris sit exceptionem rei iudicatae tertio minime obstat nisi copulativè concurrant identitas rei, actionis, & Juris, seu conditionis personarum l. cum queritur 14. cum duobus segg. ff. de except. rei judic. in nostra hypothese defecere visa est identitas Juris, ex quo substitutio cuius virtute veniunt Julius Caesar, & Catherina, est omnino diversa, & independens ab illa Machiavelli, ut notant decisiones editae a R. P. D. meo Ursino die 3. Decembris 1687. & die 29. Martii labentis anni, & patet transeundo ad examen iustitiae praefatarum sententiarum, quae ut luculenter explicant eadem decisiones, desumitur ex lectura, & contextu Testamenti, in quo Michael - bis praecis verbis, suos haeredes universales instituit Joannem Baptistam q. Ludovici de Pandinis, & bonam mulierem D. Camillam de Ponte ejus uxorem, & post eos ordine successivo eorum, & cujuslibet ex praesenti, vel alio forsitan contrabendo matrimonio filios masculos, & his non extantibus filias feminas legitimas, & naturales.

Dicitur verò Joann. Baptistam, & Camillam defunctis absque aliquibus liberis legitimis, & naturalibus, & sic nullis hujusmodi extantibus tunc, & eo casu in omnibus bonis, & tota hereditate instituit, & substituit Joannem Baptistam q. Andree Machiavelli, & ordine successivo filios, & descendentes masculos, legitimis, & naturalibus, feminis tamen exclusis, & eo decedente quodcumque sine filiis masculis hujusmodi instituit, & substituit duos futuros Conjuges, ut infra substituendos, & eligendos.

Nam finita linea tam masculina, quam feminina ditorum Joannis Baptistae Pandini, & Camillae de Ponte, & cujuslibet eorum legitima, & naturalis, ac linea masculina legitima, & natu-

naturali a Joannis Baptistae Machiavelli tunc... per R. Albertum Riccium unum ex Cappellanis perpetuis S. Mariae Majoris...

Jam verò extincta, et non contrahitur per obitum Lucretiae, & Machiavelli utraque descendencia, seu linea primo loco vocata, eventus profecto casus ultimae substitutionis...

Nec opponi valet id intelligendum esse recepto semper eodem themate, & atenta conditione substitutionis praecedentis, ut latè explicat Altograd. conf. 60. a. n. 37. lib. 1. quod circa cum Testator, ut patet ex praenarrata substitutionum serie...

Nam omnia quae in substitutione favore Machiavelli facta fuerit per simplicem vulgarem, vel potius per fideicommissariam, ut sentit Rota Bononiensis, & probabilis existimabatur etiam Domini, quamvis hujus articuli decisionem tanquam superfluum pro resolutione praesentis...

8. et dependat a prima, vel ratione necessariae connexionis inter utramque intercedentis ob ditiones copulativas, & vel ratione verbae ipsius regentis, & determinantis, vel demum quia subdit eadem ratio extendendi similem conditionem ad reliquas substitutiones in dote...

9. indeterminata conditione defectus scilicet lineae, qua quodcumque verificata para redditur substitutio, relatis antiquioribus d. v. Decian. conf. 480. n. 3. & seg. Paris. conf. 18. n. 38. cum pluribus segg. lib. 2. quos referunt, & sequuntur Fular. de substit. g. 480. in fine. Peregr. de fideicom. art. 15. n. 29. Caren. ref. 20. n. 7. vers. Et licet nonnulli, ubi aut contraria posse procedere in casu quo defectus lineae contraplat apparet in eadem substitutione in qua quis gravatur sub conditione si sine filiis in quibus terminis tantum recipi possent...

10. Hae autem omnia rite applicantur nostrae adverso citati in qua nulla concurrente ex praefatis causis inducentibus repetitionem conditionis, seu dependentiam unius substitutionis ab altera e contrario pro eisdem excludendis, urgeat primo quod versamur in dispositionibus conceptis diversa periodo, & oratione quarum utraque a per verbo regitur, quo casu quamlibet dispositionem de per se principaliter stare dixit Rota dec. 409. n. 16. & segg. coram Eminentissimo Corro alia; allegati in prima decisione S. independens autè...

Secundo accedit etiam distinctio, & diversitas temporum ad quae praefata substitutiones referuntur surgens ex eo quod in ultima substitutione novum conprehenditur personam in prima minime vocata, nam substitutio Machiavelli facta legitur sub conditione si sine filiis, quorum nomen cum sit speciale verificatio conditionis ad illos non nominatim restringitur, Peregr. de fideicom. art. 21. sub n. 45. Juvenes verò extrahendi vocantur tantum defectum lineae masculinae, & femininae primorum haedum, quam in defectum lineae masculinae Machiavelli, sed linearem nomen uti universam descendenciam complectens, Rota dec. 97. n. 8. par. 7. dec. 383. n. 2. ibique Addent. cum Gregorio & dec. 66. n. 2. coram Meylin. restitit procul ibi nequit ad solas personas filiorum in praecedenti substitutione contemplatas, sed porrigitur ad alios supra minie vocatos, omnes nempe descendentes contentos in dicti lineae quorum extinctio considerata in eadem substitutione necessarii importat diverfitatem, & tractum successum indefinitum, ac indeterminatum temporis, quo illa deserit, quod impossibile est verificari posse in momento, ut contingit in vulgari, quae statim expirat, summe operat effectum, cum sit locus successione, Seraph. dec. 39. n. 8. & Merlin. dec. 229. n. 19. & segg. & dicta dec. coram Eminentissimo Corro 409. n. 17. & pluribus segg. & d. eundem etiam in it. scriptis laudatis Decisionibus R. P. D. mei Urimpij pater firmantibus ex hac ampliori novarum personarum oratione excludi quamlibet repetitionem antecedentis conditionis, & dependentiam unius substitutionis ab alia, praeter Gratian. disp. 828. n. 15. & 16. alioque ibi delegatos tradit Rota coram Bichio dec. 129. n. 7.

Probata igitur haec omnia reali utriusque substitutionis distinctione atque independentia, minime obstat visa est subtilis quedam animalis versus quo illam excludere contendebant scribentes ex adverso ajentes, quod in ipso initio Orationis, & periodis, ex qua talis distinctio desumitur apposta legitur dictio nam, quae tanquam fuerit naturalis casualis, sed ratiocinativa nullam novam dispositionem inducit, sed continuando praecedentem illi omnino adhaeret coeque. Themate, & conditionibus semper retentis, idque eo potiori jure operari debere in nostro Casu, in quo militat identitas rationis subaudiendi eadem conditionem si sine filiis in ultima quoque substitutione ob maximum absurdum, quod aliquis sequeretur, nam per obitum Joannis Baptistae, & Camillae cum filiis extinguat deberet substitutio Machiavelli, tanquam vocat per vulgarem, quamvis praefati filii subinde morerentur, & e contrario admittendi essent per fideicommissariam Conjuges forte extrahendi Testatori penitus incogniti, minime dilecti Machiavelli nominati in honorato, quod absurdum in simili casu alius expedit Rota in alia Bononien. Fideicommissi de Gbiffella a me edita die 24. Januarii 1685. §. Praedita.

Responsum namque fuit non esse recedendum ab aperta mente Testatoris, germanoque sensu, & tenore dispositionis subtilius, quam par est, scrutando naturam verborum, & dictionum juxta monitum l. cum virum 16. C. de fideicommissis. praecipue quia est praelata dictio nam in nostro etiam casu videtur posse casualis, ut tamen juxta similitudinem dictionum virtutem inducere possit coherentiam inter duas dispositiones aliqua perfecta dispositio, cui sequens cohaerere, & famulari valerit, ut relatis concordantibus, & formiter discussis articulo tradit Rota dec. 159. n. 6. & 7. par. 1. vers. haec autem dispositio, ad quam sequens referri possit, praexistere non apparet in recessivo substitutionum contextu, nec elici valet ex nonnullis verbis immediate sequentibus substitutionem Machiavelli, ubi eo verò decedente, quoad documque sine filiis masculinis, substituitur duos futuros Conjuges, ut infra substituendos, & eligendos, quia licet Testator in illis praordinasse videatur futuram Conjugum substitutionem, nihilominus in eadem periodo declaravit se nondum substitutionem perfecisse, sed periciendam reservasse in sequenti Oratione, ut aperte demonstrat clausula illa, ut infra expressam praeferebam relationem ad dispositionem inieritis ordinandam, Grat. disp. 575. n. 28. alioque allegati in secunda decisione §. Verum quidquid sit quamobrem dum ista subinde revera completa fuit in alia periodo undequaque perfecta, manifestum sit, quod dictio illa nam denotare amplius nequit consecutivam, seu accessoriam rationem dispositionis, nondum factam, sed stando dispositivè, & principaliter de per se, independentiam inchoat substitutionem, ut prosequitur eadem dec. 159. n. 19.

Nec

Nec majoris efficaciae reputatum est argumentum durum ab identitate rationis elicitae ab absurdo; Primo quia haec intercedere minime potest visa est inter praefatas substitutiones, cum vocatio Machiavelli concepta legatur in casu non existentiae lineae de Pandinis, & expiret statim, ac illa extiterit, substitutio vero Sponforum, nedum facta sit in casu quo tam linea de Pandinis, quam Machiavelli non existerit, fed etiam in alio omnino contrario actu, videlicet, quo utraque ex praeditis lineis inceperit, & postea defecerit, quo sit contrarias haec dispositiones pendere non posse ab una eademratione, & conditione, sed unquamque stare de per se ex regula, quod in contrariis unum ab alio pendere non potest, Rot. coram Corro dicta dec. 409. n. 15.

Secundo quia simile argumentum semper rejicitur quando contra illud militat aperta, & literalis dispositio Testatoris, quia citra nullum inconveniens clare determinare potest unum casum altero relicto dispositioni Juris, & hoc obiectum confutum in nostris praefatis terminis constituit Fular. conf. 9. n. 25. Quinimo si hujusmodi argumentum locus esse posset in nostra hypothese, certe eo nulla ratione, uti postemus ad destruendam fideicommissariam substitutionem litteralem, fed potius ad interpretandam, & ex verisimili mente Testatoris elicitae a simili absurdo, declarandam in fideicommissariam substitutionem Machiavelli quae sonare videretur in vulgarem, ex traditis per Rotam coram Coccino dec. 164. n. 16. eo ferme modo, quo ad inducendam vocationem personae magis dilectae illo usa est, Rota coram me in d. Bononien. de Gbiffella.

Et ita Dominis amplius non immorantibus frivolo, futillique obiecto desumpto ex non adimplemento matrimonii aliiq; levioribus difficultatibus responsum fuit utraq; &c.

R. P. D. URSINO.

Perusina Fideicommissi de Floribus.

Ven. 10. Martii 1690.

ARGUMENTUM.

Substitutio pupillaris per Patrem filio impuberi facta Matrem excludit à legitima etip pupillaris sit tacita contenta in compendioiosa ut videtur ex Card. de Luc. de Fideic. Disc. CXXXIII. in cuius ornatum praesens decisio demonstrat nedum ipsius regulae veritatem, fed etiam conjecturas ex quibus pupillaris deprehendi valeat substitutio quae Matrem apta sit excludere Testator filibus dotem praegans non per modum particularis separationis bonorum, sed per modum universalis successioneis & distributionis hereditatis jam fideicommissio subjectae, quod censetur voluisse quod bona distribuenda veniant sub generali restitutione fideicommissi probat Card. de Luc. de Fideic. Disc. CXXXII. idque tradit praesens decisio.

SUMMARIUM.

- 1. Fideicommissario datur immisso in vim l. si C. de edit. Div. Adr. tollen. si fideicom. illiusque purificationem ostendat, & bonorum identitatem concludat, §. n. 2.
2. Praelegatum Heredi fideicommissio relicti nullo in eo scripto onere non venit sub generali fideicommissi restitutione.
3. Declarat ut conclusio procedere quidem possit si legatum sit ordinatum per viam particularis bonorum separationis scus super modum successioneis universalis, & distributionis hereditatis jam fideicommissio subjectae, quae tunc venit in ejusdem fideicommissi restitutione, & si distributio facta est ex causa dotis, & n. 5.
4. Testator integrum dividens patrimonio, & si divisio nem fecerit per viam praelegati aperte ostendat voluisse bona distribuenda in fideicommissi restitutione, comprehendere quoties juxta Testatoris credititatem, totum patrimonio in partes fuerit divisum.
5. Comprehensio legati in fideicommissio quoties aperte constat non fuit in consideratione bonorum non comprehensioe.
6. In legitima imputantur omnia, quae legitimarius capit ex iudicio Testatoris.

- 8. Trebellianica dicitur prohibita si Testator limitat accesserit Heredi facultatem de certa tantum re disponendi, cum id operetur ac si Testator dixisset quod alia bona integra absque diminutione deberent restitui, & n. 9.
9. Legitima Matris non debetur in luctuosa filiis hereditate si filius in pupillari decesserit aetate, & à Patre fuerit in Testamento substitutio pupillaris demandata.
10. Pupillaris substitutio etiam ad exclusionem Testatoris dicitur scripta si post universoniam institutionem Matris dixerit, che in caso di morte di a ccheduna di dette figlie nella minore età, una succeda all'altra.
11. Verbum succeda in substitutionibus quoties non respicit res, sed personas est directum.
12. Verbum succeda connumeratur inter verba communia.
13. Mater excluditur à legitima etiam per pupillarem contentam in compendioiosa.
14. Substitutio pupillaris contenta in compendioiosa resolvitur in fideicommissariam Matre exsistente in medio.
15. Idem procedit quoties Testator ad propria tantum bona substitutionem restrinxerit, scus si nulla facta mentione propriae hereditatis simpliciter substitutionem compendioiosam ordinaverit.
16. Matris exclusio eo magis procedit si supra regulas generales suadens pupillarem substitutionem concurrant conjecturae quae illam concludant.
17. Testator in substitutione facta filio pupillo expressam faciens mentionem minoris aetatis quae comprehendit etiam aetatem pupillarem dicitur substitutionem pupillarem removere voluisse.
18. Ex substitutione pupillaris facta uni filio ea inducitur etiam quoad alium.
19. Ex legatis factis ejus Uxori per Testatorem cum prohibitione ne aliud pretendere valeat oritur praesumptio substitutionis pupillaris.
20. Testator à Tutela Uxorem excludens & extraneos admittens dicitur illam etiam voluisse excludere à legitima mediante substitutione pupillari.
21. Testator substituens filios extraneos, non autem Uxorem praesumitur scribere voluisse pupillarem substitutionem.
22. Clausula omni meliori modo induci substitutionem pupillarem.

DECISIO LXXXII.

Petrus de Floribus masculina successione orbus in ultimis tabulis quas exaravit die 14. Julii 1675. universales sibi fecit haeredes pro aequis portionibus Elisabetha, Barbara, & Liviam illius filias, easque in vicem, & reciprocè substituit, tam in casu, quo illarum aliquae in minori aetate, vel in nuptas decederent quam in casu etiam, quo in seculo nuberent, & sine filiis morerentur, concessa tamen sic decedentibus facultate disponendi de medietate tantum propriae portionis, quae ex dictis suis Bonis hereditariis illis obtigisset in priori divisione. Omnibus autem filiabus sine filiis descendentibus substituit filios, & descendentes masculos Sebastiani fratris praedefuncti, & deficiente quoque ista linea masculina ad successorem in vitavit tres tuores nominatos in dicto Testamento, Codicillis deinde condidit post quatuor dies, in quibus pro facilitandis nuptiis filiarum, quas exoptabat, mandavit ut de tempore Matrimonii futuro sponso conjuge que esset assignaretur dos futurorum 12000. cum supradote scutorum 2000. si quid vero detrahitis dotibus, & supradotibus istis superet, voluit equaliter inter eadem dividi juxta dispositionem factam in Testamento ad sum in omnibus, & per omnia se retulit, ut haberet in Summar. n. 1. & 2.

Mortuo Testatore, Barbara ultimo loco nata, prius naturae debitum perolvit in pupillari aetate, eoque portio in vim recipienteis substitutionis accrevit alii duabus foribus supererogantibus ex quibus cum nuper lucis usuram amiserit, Livia Uxor jam deponata Francisco Mariae Antinoro absque filiis, & cum Testamento, in quo eundem Franciscum Mariam Virum haeredem universalem instituit, Elisabeth altera soror superites duplex Judicium in frustum adversus Antinorum. Alterum quidem super mantentione in possessionem medietatis bonorum hereditarij Patris sibi post illius obitum obventorum, in quo mandatam obtinuit, approbatum per signaturam Justitiae cum clausula sine praesudicio. Alterum autem super Immisione in pos.

possessionem alterius medietatis, alias obventæ q. Livie Sorori, & ab A. C. Thomato sententiam favorabilem poravit, reservata tamen pro indiviso eidem Antinoro tertia parte ejusdem medietatis bonorum existentium, & calculandæ de tempore obitus quondam Petri Fideicommissitatis correspondente medietati portionis Livie juxta priorem divisionem, de qua ipsa Livia facultatem disponendi habuit à Testatore, quæ quidem sententia interjecta appellacione ex parte Antinori, illiusque examine mihi delegato per signaturam cum clausula confite quod sit locus Agidiane dicepandum de more dedi dubium supra dictæ commissiõis conforme, & Domini dispoitionem prædictæ constitutionis appellacionem prohibentis in possessioe Immissiois Judicio de plano intrare autumarunt in causa præmissa, in quo agitur inter personas laicas, & sententia Immissiois concedens, quæ circa controversiam est valida. Iustitia autem probatur ex consensu omnium extremorum, quæ de jure desiderantur in remedio hic intentato vigore l. fin. C. de Test. Div. Adr. tollen.

Existencia enim fideicommissi illiusque purificatio ad favorem Elizabethæ adriæ clarè resultat ex lectura Testamenti q. Petri de Floribus Patris, in quo ita dispositum fuit in evento pache unæ, o più, o tutte si maritali, o e mortifera senza figliuoli, in tal caso voglio, che a ciascheduna maritata, che morirà senza figliuoli, si dia la metà della metà, tanto della parte toccata nella prima divisione, senza però d'essere di cosa alcuna di tutto quello, che gli fosse in qualsivoglia modo pervenuto della mia Eredità, per la morte dell'altre Sorelle. Nel resto poi, che resterà di detta mia Eredità voglio, che succedano le sopravvenienti mie figlie, o loro figli. Unde cum Livia jam nupta Antinoro decesserit sine filiis (excepta medietate proprie portionis, illi obventæ in prima divisione, & per sententiam A. C. præservatæ ejus hæred) totum residuum devolutum fuit ex litterali dispoitione ut supra relata ad Elizabetham alteram forem vicè superviventem; Camque de identitate Bonorum fideicommissario modo quaestio non cadat, sententia utique Immissioem adriæ concedens in genere ad bona provenientia ex hæreditate ejusdem fideicommissitatis degerit undique iustitia, & inconcusca stabilitate munita ex firmatis in specie per Rotam dec. 108. nu. 1. coram Cefo, & in Roman. hæreditiis 9. Februarii 1680. §. final. coram me.

Nec de iustitia redargui illa valet ex eo, quod ultra tertiam partem non concesserit Antinoro retentionem pro detractioe Dotis, ejusque augmenti in summa scut. null. in Codicillis à Patre constituti ad favorem Livie ejus Adricis; Quæ quidem dos cum fuerit simpliciter prælegata abique expresso vinculo fideicommissi sub eo non cadat, & consequenter nec sub illius restitutionem nunc veniat juxta dispoitionem Textus in l. Mulier §. Cum proponeretur ff. ad Senat. Consult. Trebell. & in §. 1. au. de restit. & ea que par. in vend. mens. & tradit Peregr. de fideicom. art. 7. sub nu. 38. vers. Item quia.

Etenim Testator in Codicillis designavit dotem filiaribus non per modum Prælegati, & particularis separationis Bonorum in specialem causam dotis, sed per modum successiois universalis, & distribuit hæreditatem jam fideicommissio subjecitæ in causam dotis potius demonstrativè pro faciliiori nupti filiarum, quam dispositivè ad effectum recedendi à substitutionibus factis in Testamento, ut patet ex Codicillis dotis in summ. Adricis n. 2. - Volendo, che il restante del frutto che si caverà tanto questo Capitale di scut. 1. mil. quanto d'altro che fosse spettante alla mia Eredità sopra li detti tre per cento vadì in utilità dell'altre figlie, & dell'oro sostituiti da me nel mio Testamento &c. Dichiarando che all'altre mie figlie, vivendo in tempo maritali, o monacali si debba dare il restante della mia Eredità, la metà per ciascheduna fino, che loro ancora potendo, ottengano la medesima dote sopra dote. In evento poi che sopravvenisse della mia Eredità all'figlie 15. mil. per ciascheduna, cosa alcuna, voglio, che il sopravvenisse divida ugualmente tra tutte le mie figlie, che viveranno il detto tempo di maritali, o Monacato, come o di speso in tutto per tutto &c. - Quibus quidem attentis, cum dicta dos succedere soletur in locum portionem hæreditariam, venit sub restitutione fideicommissi, ne alias situr in totum eversum, & elusorium reddatur ex Textu in l. Quod ergo §. 2. ff. de legat. 1. ibi Planè si pluribus filiis instituitur inter eos verbis legatorum bona dividerit, & tradunt Peregr. de fideicom. art. 7. n. 61. ubi hæc nuncupat prælegata divori, Fular. de substit. par. 650. n. 74. & seq.

124. Card. de Luca de fideicom. dist. 132. Alter de Luca ad Gratian. discept. 369. num. 24. in fin. & discept. 404. sub nu. 8. vers. Consequenter Magon. dec. Floren. 25. vers. 12. & seq. & Rota Bononien. apud Adolin. resol. 16. num. 51. & resol. 106. num. 28. & Rota in dec. 847. num. 10. coram Buratt. & dec. 289. num. 9. coram Priol. & in rec. dec. 241. num. 9. 13. & seq. par. 15. dec. 408. num. 7. par. 12. & dec. 140. num. 8. & seq. par. 15.

Eoque magis dum pro restitutione asiluit aperta Testatoris voluntas ex duabus circumstantiis elicitæ, altera scilicet, quod hujusmodi Dotes in summa scut. 1.4. mil. singulis filiabus assignatæ majorem partem hæreditatis absorberent. Quinimo ipse Testator valde dubitavit an vires hæreditatis essent sufficientes ad comprobandam totam quantitatem dotum, ut supra constitutam. Unde cum juxta credulitatem Testatoris totum patrimonium fuerit in partes divisum, tametsi id actum fuerit per viam prælegati, remanet adhuc ex Testatoris voluntate obnoxium fideicommissio, ut in terminis dotis docet Merlin. de legitim. 5. lib. 3. tit. 1. q. 9. n. 43. Boss. de dot. cap. 3. n. 14. & Rota in superaddita dec. 408. n. 7. par. 12. rec.

Alteram quoque idem Testator in Codicillis expressè mandavit, quod capitale dotis constitutum D. Elizabeth in summa scutorum 1.4. mil. separari non debeat à Negocio Drogæ, sed quod istud teneretur eidem solvere fructus, qui ex dicto capitali retraherentur ad rationem trium pro quolibet centenario, & reliquos fructus tam ex dicto Capitali ultra rationem trium pro centenario, quam ex aliis effectibus suæ hæreditatis cedere jussit unæ cum residuo hæreditatis ad commodum aliarum filiarum, & earum substitutorum in casu mortis, ut habetur in dicto Sum. n. 2. Ex quibus clarè patet, quod Testator in dictis dotibus voluit conservare fideicommissum ordinatum in Testamento, nemad ad favorem filiarum super viventium, sed etiam aliorum substitutorum, quos expressè in Codicillis vocavit. Concurrentem autem tam tacta, quam etiam expressa voluntate Testatoris, nulli dubium est quin dotium prælegata veniant sub restitutione fideicommissi, ut firmant Boss. de dot. cap. 7. num. 12. ubi alii concordantes, & Rota dec. 140. n. 12. & dec. 308. n. 1. par. 15. rec.

Atque hinc elisæ profertur remanent omnes conjecturæ ex parte Antinori deinde ad suadendum exemptionem dot. ddotium à nexu fideicommissi. Nam cum clarè hic constet de contraria mente Testatoris hæcque explicata, non est recurrendum ad generales præsumptiones, & conjecturas, neque ad subauditos intellectus ex monito Text. in l. ille, au. ille ff. de legat. 3.

Multoque minus iniustitia ejusdem sententiæ deduci valet ex eo, quod Antinoro concessa non fuerit restitutio, nec pro detractioibus eidem competentibus ex propria persona pro legitima & Trebellianica ascendente ad semisem, idest ad medietatem portionis, quæ obigit Livie ejus Adricis. Nec etiam pro aliis similibus spectantem ad Barbaram alteram forem prædefunctam, cui ab interfecto dimidiatum successit D. Livia. Neque demum pro medietate tertiar partis debita Barbaræ vigore facultatis disponendi sibi per Testatorem concessæ.

Etenim detractioe legitima & Trebellianicæ ex persona Livie præsentis nulla modo debentur. Nam legitima remanet superabundè consumpta in medietate uniuscujusque portionis, de qua ipsa à Testatore concessa fuit facultas libere disponendi, quæque uti proveniens est substitantia, & Judicio Testatoris imputanda venit in eam ad Text. in l. scimus §. Replacitioem, Cod. de inoff. Testam. Gabriel. can. 108. nu. 700. 2. Surd. conf. 388. nu. 9. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. dec. 1. nu. 5. & seq. & dec. 5. nu. 8. & Rota dec. 568. nu. 6. & 7. coram Ludov. & dec. 1365. nu. 6. in fin. coram Seraph. & dec. 584. la. 2. num. 25. coram Duno. Jun. & dec. 168. num. 2. coram Bieb. & in recen. dec. 181. num. 14. par. 14.

Trebellianica autem prohibita tacta fuit, dum Testator facultatem disponendi de dicta medietate concessit, cum verbis taxativis ibi - scilicet disporre della metà, tanto della sua portione toccata nella prima divisione - quæ cum sint limitativa, & prohibitiva cuiuscumque alterius quantitatis, idem operatur, ac si Testator dixisset, quod altera medietas deberet restitui tota, & integra sine diminutione ex firmatis per Rotam in dec. 2020. n. 4. & seq. & dec. 2064. n. 1. cum seq. coram Coccin. Maximè dum immediate mandavit residuum dictæ portionis, idest alteram medietatem restitui sub-

substitutis ibi - nel resto poi, che resterà di detta mia Eredità cioè nell'altre metà, voglio, che succedano le sopravvenienti mie figlie, o loro figli. Cum enim Testator certam portionem permittit taxativè detracti, vel alienari à gravato, & residuum restitui mandaverit substitutis, Trebellianicam sine dubio prohibuisse dicitur, Bald. in l. cum Patrem C. de jur. dot. & conf. 170. n. 4. lib. 5. Alex. conf. 201. nu. 10. volum. 6. Peregrin. conf. 68. n. 13. vol. 2. & in tractatu de fideicom. art. 3. n. 111. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. qu. 1. num. 31. Conc. col. alleg. 42. nu. 23. Gabriel. com. concl. de Trebell. concl. 8. n. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 19.8. nu. 17. Mangill. de imputat. q. 113. nu. 13. Petr. de fideicom. q. 15. nu. 119. vers. Decimuntertium exemplum Cyriac. contr. 11. n. 23. & Rota coram Coccin. dicta dec. 2020. n. 4. & seq. & dec. 2064. n. 1. & per totum, ac in rec. dec. 124. n. 4. & seq. p. 6. & dec. 4. n. 7. par. 17. & dec. 92. n. 1. & seq. coram Ubald. & dec. 162. nu. 15. in fin. & 16. apud Merlin. de legitim. 4.

Super portione denique Barbaræ nulla pariter competit Livie detractio, nec ex persona propria, neque etiam ex persona Matris. Non quidem ex propria, quia ipse successit quidem in medietate dicta portionis sororis prædefunctæ in vim reciproce in Testamento ordinatæ, sed facultatem non habuit de ea disponendi ad favorem viri ejus hæredis, quippe quæ expressè illa fuit interdicta per Testatorem, qui in hoc casu voluit, & prohibuit quod illa filia, quæ decederet sine filio de nihilo penitus disponere possit de toto eo, quod quocumque modo ad illam pervenisset per mortem aliarum sororum, minuscule competet detractio aliqua ex persona matris communis viventes de tempore obitus Barbaræ, nam etsi illi regulariter debeat legitima, & Trebellianica in bonis filie prædefunctæ nihilominus ubi prout hic filia decessit in pupillari ætate, & à Patre demandata fuit substitutio pupillaribus in Testamento, integra illius portio venit in restitutione fideicommissi non obstante existentia Matris per Text. in cap. si Pater de testam. in 6. Fular. de substit. q. 156. & q. 340. utrobique nu. 12. & q. 242. nu. 16. & seq. Peregr. de fideicom. art. 34. nu. 39. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. q. 74. nu. 8. & 12. Gobbi. Consult. 50. nu. 51. Spad. conf. 325. per tot. vol. 3. Theaur. lib. 3. q. 70. num. 1. & seq. & Rota coram Peuting. dec. 493. n. 6. & inter recent. dec. 120. per totum par. 7. & dec. 334. n. 3. par. 15.

Pupillaris autem substitutio in casu præsentis fati industria dicitur ex verbis illis post universalem institutionem hæredum adjectis in Testamento - che in caso di morte di ciascheduna di detti figlie nella minorità, e non ancora maritate l'una succeda all'altre reciprocamente - hæc enim substitutio, si ve concepta dicatur per verba directæ, quale ab aliquibus reputatur verbum illud succeda, quoties prout hic respicit personas, non autem res, ut post plures tradit Spad. conf. 325. nu. 5. vol. 3. Bellon. de Jur. acceffion. cap. 7. q. 3. nu. 12. de Luca ad Gratian. discept. 407. n. 15. & Mantic. dec. 367. n. 8. livè etiam per verba communia, inter que alii enumerant illud verbum succeda, ut per Gratian. discept. 407. n. 9. Bellon. ubi supra n. 206. cum seq. Buratt. dec. 84. n. 12. cum contineat mentionem mortis semper, & utrobique continere dicitur substitutionem compendiosa, tametsi deficiat dictio. Quandoquomque, & hæc compendiosam continet etiam pupillarem, quæ excludit à legitima, ut optime in his terminis firmant Peregr. de fideic. art. 34. sub nu. 39. vers. contra Matrem, Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. q. 14. nu. 8. & 12. & per totum, & Fular. de substit. quest. 242. sub nu. 18. & pluribus seq. & de magis communi & veriori sententia testatur Spada conf. 225. per tot. vol. 3. Altograd. conf. 91. n. 89. cum seq. vol. 1. Buratt. dec. 84. num. 9. Coccin. dec. 717. num. 9.

Nec obstat, quod substitutio compendiosa non contineat pupillarem, & resolvatur in meram fideicommissariam, quoties, ut in præsentis, Mater existit in medio, ne ista censetur exclusæ à luctuosa filii hæreditate ex traditis per bon. mem. Cardinalem de Luca de fideicom. dist. 124. nu. 4. & seq. & Rot. dec. 183. n. 6. coram Carillo.

Tum quia Testator se non refrinxit ad bona propria, neque ad illa substitutos vocavit, id quibus terminis procedunt superius relatæ auctoritates, sed nulla facta expressioe de sua hæreditate simpliciter, & absolute mandavit, che in caso di morte di ciascheduna l'una succeda all'altre reciprocamente sicque non res, sed personas respexit, quo casu facilius pupillaris inducta censetur sub compendiosa ad tradita per Peregr. de fideicom. art. 34. n. 37. Fular. de substit. q. 242. n. 6. & seq. Christophorus Medic. dec. Senen. 69. n. 4. & seq. & Rot. dec. 717. n. 29. & seq. coram Coccin.

Tum quia plures alia hic concurrunt urgentissima conjecturæ suadentes Patrem voluisse facere substitutionem pupillarem, quæ omnem removere dubietatem, ut alias dixit Rot. dec. 369. num. 9. in fin. coram Mantic. dec. 84. num. 10. coram Buratt. dec. 717. num. 10. ver. sed visæ coram Dec. 424. num. 2. & dec. 448. sub nu. 10. cor. sed visæ coram Duno. Jun.

Primum quippe concijendi locum prebet expressa mentio minoris ætatis, quam Testator fecit, cum tres ejus filias in pupillari ætate existentem invenit, & recipere substituit, iniquis - In caso di morte di ciascheduna nella loro minore età, & non ancor maritate. Cum enim hæc verba sint apta comprehendere nedum minorem sed pupillarem ætatem, censetur Testatorem respexisse ad utrumque tempus, sicque etiam ad casum præmortis filiarum in ætate pupillari, in qua existebant de tempore conditi Testamenti, Mantic. dec. 317. vers. cum vero, & Duno. Jun. dec. 434. num. 18.

Secunda oritur ex quo substituta sunt alie filia Testatoris, quæ prædictæ presumuntur, hæc etiam validissimam conjecturam testatur Fular. de substit. quest. 242. nu. 60. cum seq. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. q. 14. nu. 24. Rot. d. vers. dec. 181. nu. 1. & 2. par. 2. Duno. Jun. dicta dec. 424. n. 2. & dec. 448. sub nu. 10. vers. Quibus non obstant, Peregr. dec. 493. num. 8.

Tertia desumitur ex eo, quod Matri fuit per Testatorem provium per plura legata, & inter cætera de relicta cum conditione, ut nihil aliud prætere possit, dicuntur utique facta in compensationem exclusionis ab hæreditate filiarum ob præordinatam pupillarem substitutionem, Merlin. de legit. q. 24. n. 54. & seq. Fular. de substit. q. 157. n. 19. & q. 242. n. 54. & seq. Peregr. de fideicom. art. 34. n. 42. Cyriac. contr. 242. n. 29. & seq. & Rota coram Peuting. dec. 493. n. 5. & coram Coccin. dec. 717. n. 24. & seq.

Quarta habetur ex quo Mater fuit exclusæ à tutela, & cura filiorum impuberum definitis extraneis, quod per vehementem conjecturam ponderant Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. q. 14. n. 25. Mantic. dec. 367. n. 12. & Rota d. vers. dec. 181. n. 3. par. 2.

Quinta denique resultat, ex quo post mortem filiorum substituti fuerunt Tutores, non autem Mater, Duno. Jun. dec. 424. nu. 25. & melius in dict. 448. num. 10. vers. 3. & sequent.

Ex his superadditis potest clausula - omni meliori modo - que licet adjecta in fine Testamenti simul juncta cum aliis plurimum etiam consistat ad effectum de quo agitur, Peregr. de fideicom. art. 34. n. 38. Fular. de substit. q. 242. vers. 13. cum 22. seq. Christoph. Medic. dec. Senen. 69. nu. 47. vers. 3. cum pluribus seq. Caren. resol. 78. nu. 13. & Rota d. vers. dec. 181. sub nu. 5. & 6. par. 2.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. URSINO.

Perusina Fideicommissi de Floribus.

Ven. 10. Martii 1690.

ARGUMENTUM.

Est decisio alterius confirmatoria, & in ea superadditur conclusio quod alienata per Heredem, etiam ex permissione Testatoris in ejus detractioe impotentur, quod Trebellianica censetur prohibita ex permissione alienandi certam partem hæredi cum verbis taxativis tributa.

SUMMARIUM.

- 1 Deposito Agidiane Constitutionis minime intrat in causa, in qua reperitur Clericus.
- 2 Prælegata remanent obnoxia restitutioni fideicommissi, si ita Testator tacite, vel expresse voluerit.
- 3 In legitima imputatur omne id quod ex substantia, & Judicio Testatoris percipitur.
- 4 Facultas alienandi per Testatorem hæredi attributa, non est.

- 144 *est intelligenda ultra detractiones, sed ut alienata in ipsas detractiones imputantur.*
- 5 Trebellianica potest etiam filius in primi gradu tacito probiberi.
- 6 Trebellianica dicitur prohibita, si Testator alicujus tantum partis hereditatis alienationem permiserit.
- 7 Statutum Perusie deservit dotale lucrum marito in tertia parte dotis mulieri constituta.
- 8 Bona, que alienari permittuntur, libera reputantur.
- 9 Lucrum dotale non potest ex bonis fideicommissis obnoxii detrahi, existentibus bonis liberis.
- 10 Ex Statuto Perusie lucrum dotale censetur cum largitate Testatoris compensatum.
- 11 Idque etiam admittitur ex dispositione juris communis.

DECISIO LXXXIII.

Decisio coram me data, die... Martii proximè præteriti in hodierna Causa repositione, poto subjecta examini visa est Dominis reformanda in ea parte, in qua denegans in hoc possessorio Immisionis Judicio appellationem a priori sententia firmata locum esse Ægidianæ. Præsuppositum enim in ea habitum, quod ageretur inter Personas laicas insubstituentis firmata locum esse Ægidianæ Ordinarii Perusini super Clericatu Antinori Rei conrenti per istum exhibitus in hodierna audientia, nec non ex fide incestus in habitu, & tonsura Clericali, eo que exinde sublatò, palam sit dispositionem Ægidianæ constitutionis, appellationem prohibentis, tanquam Jurisdictionem in Ecclesiasticis penitus delectatam, in hac causa intrare minimè posse, ut constanter tenuit in decis. 215. n. 1. & 6. coram Burati. et in recent. dec. 117. n. 2. & seqq. p. 12. & alibi passim.

In alia vero parte qua canonizata fuit Justitia sententiæ A. C. Thomasi immisionem concedentis Elisabethæ in medietatem bonorum hereditariorum Patri relictorum, per Liviam forem sine filiis prædefunctam, reservata Antinoro illius Viro, & hæredi Testamentario medietate propriæ portionis ipsi Liviam obventæ in prima divisione, de qua disponendi facultatem habuit à Testatore, approbatam fundamenta decisionis DD. in mixta litterali, & planè incontrouertibili fideicommissi ejusdem Patris, pro quibus debilitatis vel evertendis haud satis iuerunt aliàs rejectæ, & nunc denuo repetitæ detractionum exceptiones, quas ad effectum retentionis ex persona prædictæ Livie obiectæ eidem Antinoro bonorum possessor.

Etenim excepta detractione respiciente portionem Barbara alterius fororis in pupillari ætate definitæ, cui dimidiatim successit contendebar Liviam Antinori Auditiæ, quam Domini inter se non satis concordans in suspensio reliquerunt particulari examini reservantes, quoad cæteras omnino indebita visa fuit retentio per eundem Antinoro opposita. Nam prior detractione præsentia ex causa dotis, ejusque argumentum in summa fcutor. 14. mil. eidem Liviam prælegatæ in Codicillis paternis rursus apparuit incompetens ex rationibus fuscè deductis in priori hujus Causæ decis. in §. nec de injustitia. & seq. quia nempe Pater est Dotes assignaverit filiabus in Codicillis per viam prælegati, non idè tamen voluit illas esse præcipuas, & exemptas à nexu fideicommissi dum prælegatum istud ordinatum non fuit per modum separationis Dotum ab hereditate, sed tantum divisionis bonorum universitatis inter filias in causam Dots, distributa unicuique earum proportione ad magis accedendos, qui contraherent nuptias cum illis. Ponderata præsertim in hunc finem duplici circumstantia circa quam informantes pro Antinoro nihil validum deducebant, quod nempe ista dotes trium filiarum in fcutis 14. mil. pro singulis majore hereditatis partem abferebant, quodque idem Pater in Codicillis super fructibus, tam Capitalis designati pro Dote Elisabethæ excedentibus rationem trium pro centenario, quam aliorum quorundemque effectuum suæ hereditatis onus fideicommissi adiecit labore aliarum filiarum, earumque substitutorum in casu mortis; Ex quibus dum clarè constat de voluntate Testantis tam tacita, quam etiam expressa comprehendendi hujusmodi Dotes, earumque & aliorum substitutorum in Testamento ordinato, limitata remanet fideicommissi in Testamento ordinato, limitata remanet regula, quod prælegata, substitutioni fideicommissi obnoxia non sint, Rot. coram Burati. dec. 168. n. 8. & seq. par. 15. dec. 304. n. 1. & par. 19. dec. 356. n. 4. n. rec.

Alias itidem detractiones ex causa legitime, & Trebellianice secundò expertitas ab Antinoro ex persona Liviam secundò quoque denegandas DD. censuerunt, quæ respectu legitime, licet ista nunquam fuerit prohibita non servata Cautela Soccini, ex quo tamen Testator eidem facultatem concessit liberè disponendi de medietate portionis sibi ex prima bonorum divisione obtinentis, & hæc licentia nisi fuerit Liviam instituendo virum hæredem; in eam idcirco medietatem imputando verum legitima sibi debita, inquam abfolutum in Jure est computari omne id quod ex substantia, & iudicio Testatoris præcipitur ex allegatis in mea priori decis. §. etenim detractiones.

Quibus non obcludatur consilium Soccini sen. 31. nu. 10. §. vers. nec secundo loco vol. 4. ex cuius auctoritate firmari contendebar quod dicta facultas alienandi per Testatorem hæredi attributa intelligenda sit ultra detractiones, quas filius, & hæres fideicommissio gratuatus detrahit circa hanc facultatem homini sex solo legis dispositione, Tum quia prædictum Soccini consilium legitur in casu, in quo indefinite data fuerit licentia alienandi cum illa additione non obstante substitutione, Tum etiam quia illud in foro nunquam potuit obtineri, ut patet ex consilio 226. vol. 6. Alexandri, qui in eodem Soccini casu contrarium confutavit, ac etiam declarat Grat. consil. 126. vol. 2. sed ubique prævaluit contraria sententia nempe, alienata ex permissione Testantis imputatur in detractione, quam post alias firmant Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. §. 5. nu. 8. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 39. num. 10. vers. contrarium tamen Fular. de substit. q. 546. n. 10. & seq. Mangil. de impuat. q. 136. nu. 58. vers. quem tamen, & alium fuit in Revocantem. fideicommissi §. 12. Januarii 1682. §. nec evitavit, coram Reverendissimo D. meo Decano.

Respectu vero Trebellianicæ substituit pariter responso decisionis in §. Trebellianicæ, quod scilicet Testator illam tacite prohibuerit, prout etiam est, facere potuisset etiam erga filios primi gradus, junctæ inconvulsa sententia, quam hucusque est amplexa coram Casidoro. decis. 4. de Testam. coram Crescent. decis. 2. eadem sit coram Seraph. decis. 553. nu. 8. coram Gregor. decis. 421. num. 10. coram Merlin. decis. 383. num. 14. & post alteram Merlini de legitima decis. 162. nu. 16. & coram Sanchi. decis. 36. num. 3. & alibi sæpè, quam prohibitionem ex claris Testamenti verbis detumpam, elidere non poterunt decisiones, in quibus scribentes pro Antinoro magnopere insistebant in Spoletana hereditatis de Ranaldi 8. Aprilis 1680. & 9. Maji 1601. coram Clarissimo. Card. Matthæo.

Inapplicabiles namque vise sunt, cum in eis ultra præceptum restituendi simpliciter residuum nulla adesse verba taxativa, & limitativa facultatis alienandi certam partem assis hereditariis, quæ tamen oculariter concurrunt in casu præsentis ubi hæc sit de disporde della metà tanto della sua portione irrevocabilmente nella prima divisione — ex quibus clarè depromitur Testatoris voluntas, ut coarctata facultate ab eo tradita disponendi ad hanc medietatem tantum perinde habeatur ac si expressè justisset, quod altera medietas effect substituitis porrigenda tota, & integra absque ulla prorsus diminutione ex bene firmatis per Rotam in dec. 2020. n. 4. & seqq. & dec. 2064. n. 1. & seqq. coram Cocchini. ubi concordantes.

Reiectis itaque detractionibus hæcæ ab Antinoro, ex persona Liviam in medium prolatis, facillius videbatur reicienda alia detractione ludi dotalis ex propria ejus persona præsentia, & noviter excitata vigore Statuti Perusie deferentis Lucrum Dotale Marito superstiti in tertia parte Dotis Mulieri constituta quoadquidem existentibus Bonis propriis ipsius Liviam, cuiusmodi reputatur medietas illa, de qua libertatem disponendi à Patre afficuta fuit ex istis utique hi debet lucrum Dotale favore Viri non verò ex Bonis alienis nempe fideicommissio & restitutionis subiectis, Castren. consil. 19. vol. 1. & consil. 43. volum. 2. Gratian. disp. 9. forens. 245. n. 48. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 42. n. 106. forens. 245. n. 48. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 42. n. 106. forens. 245. n. 48. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 42. n. 106. forens. 245. n. 48. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 42. n. 106. forens. 245. n. 48. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 42. n. 106.

Et ulterius cum Liviam de dicta medietate Bonorum, quam liberam habuit, disposuerit ad favorem Mariti lucrum Dotale quod est debitum omnino necessarium ex mera necessitate Statuti, censetur de Jure computatum cum portione

tionem ista, in qua Antinorus ab Uxore hæres fuit institutus ut litteraliter disponit ipsum statutum Perusinum relatum per Gilian. in Verò. Dots lucrum littera C. D. cum quo etiam concordat dispositio Juris communis, ut notat idem Gilian. ad d. stat. n. 9. Roland. de Lucr. Dot. qu. 96. nu. 8. & seq. Menoch. de presump. 4. præsumpt. 109. n. 35. Rot. cor. Cavaler. dec. 318. n. 1. & in rec. par. 13. dec. 79. nu. 24. & seq. & par. 14. dec. 348. n. 7. & seq.

Et ita juxta modum superius exprefum persistendum in Decisis Domini existimarunt, utraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Ariminen. Bonorum.

Ven. 16. Maii 1692.

ARGUMENTUM.

In hac decisione agitur de eadem re quæ habetur in præcedenti decisione & plures connumerantur conjecturæ ad concludendam pupillarem expressam, ad effectum excludendi Matrem à Legitima.

SUMMARY.

- 1 Fideicommissario datur immisso si constat de purificatione fideicommissi, & bonorum indentitate.
- 2 Et remedium immisionis de casu competit etiam in vim utilis salviani interdicti.
- 3 Pupillaris substitutio expressa excludit Matrem à legitima.
- 4 Pupillaris substitutio expressa censetur facta qualem verba habeant respectum ad ipsam pupillarem etatis.
- 5 Substitutio concepta verbis obliquis non continet pupillarem.
- 6 Etiam ad si mentio pupillaris ætatis.
- 7 Verba (si in pupillari ætate decefferit) important conditionem pro fideicommissio.
- 8 Verbum (accidere) est directum & facit pupillarem.
- 9 Declarantur Doctores qui in contrarium solent allegari in quo casu procedant & loquantur.
- 10 Ad dignoscendum an Testator voluerit facere expressam pupillarem etiam ad exclusionem Matris ex conjecturis deprehendi potest.
- 11 Ex diminutione etatis & temporum considerata per Testatorem in substitutione cum expressione etatis ante pubertatem desumitur ordinatio substitutionis pupillaris.
- 12 Si Testator uxori pingua fecerit legata præsumitur illam à legitima in bonis filii mediante substitutione pupillari voluisse excludere.
- 13 Si Testator uxorem in nullo casu filio substituere voluerit præsumitur quod in substitutione facta in casu obitus filii in pupillari etate exoptaverit excludere ipsam uxorem à legitima in bonis ejusdem filii favore substitutorum.
- 14 Mater censetur à legitima consecutione exclusã si Testator voluerit ut bona sine diminutione ad substitutum devenirent.
- 15 Substitutio facta favore Pæ cause præsumitur pupillaris expressa ad exclusionem Matris à legitima.
- 16 Testator disponendo de suis bonis non censetur voluisse facere pupillarem substitutionem.
- 17 Verba (in bonis suis hæredem fecit, sibi substituit,) & similia non immutant formam & naturam pupillaris substitutionum.

DECISIO LXXXIV.

In supremo vitæ elogio, cum quo deceffit Marcus Aurelius postquam Theresia Uxor, & aliis personis plura fecit Legata, ac sibi hæredem instituit Eleonoram filiam, in hæc verba disposuit. In caso che questa mia herede si Monacasse voglio che sia ripartita l'heredità in due parti per metà, l'una delle quali resti à libera disposizione di essa mia figlia, & l'altra meza parte, come nel capitolo seguente, applicata in sollievo de' Poveri di Rimini: Quando poi morisse la mia figliuola prima di esser maritata, o arrivare all'età adulta, in Decis. ad Teatr. de Luca. Vol. II.

tal caso dispongo, e voglio, che tutto quello che lascio, & resti del mio, venga fondato, & investito in Rimini mia Patria sopra altri stabili, o sopra altri marzi più sicuri, & di fructi, che si verranno da capitali, siano due terzi distribuiti annualmente fra li Poveri bisognosi di detto Luogo con preferire però quelli della Casa, se ve ne saranno; l'altro terzo poi sia impiegato in beneficio dell' Hospitali di Rimini, come più parerà alli Signori Deputati del medesimo Hospitali, quali da me sono instantemente pregati (succedendo il caso accennato) di prendere sopra di se l'affare, & dirigerlo con la conservazione de capitali, &c.

Accidit autem, Eleonoram filiam, & hæredem obisse in pupillari etate annorum undecim, propter quod orta est controversia inter Theresiam Matrem ex una, & Hospitali, ac Pauperes Arimini ex altera, prætendente illorum substitutionem esse fideicommissariam, non pupillarem, sicque ei deberi legitimum in prædictis bonis, Super quo introducto iudicio coram A. C. contrarium passa est Sententiam, à qua ad Rotam devoluta appellatio, & commissi mihi causa dedi de more Dubium An sit danda immisso, vel pro qua rata, & produit resolutio dandam esse immisionem Hospitali, & Pauperibus Arimini in omnibus Bonis à prædicto Marco Aurelio relictis.

Decidendi ratio revidet in eo, quod clara est substitutio ad favorem Hospitalis, & Pauperum Arimini ejusque purificatione per obitum Eleonorem in pupillari etate, ac etiam in incontrovertibilis est bonorum identitas, quibus concurrentibus immissio, vel ex remedio l. finalis C. de Edit. Dio. Adr. tollen. vel utilis Salviani interdicti, concedenda est, Rot. dec. 133. n. 1. p. 19. rec. & alibi passim.

Abique eo, quod competat Theresiæ deductio legitime in prædictis Bonis obventis Eleonora filie; Quia, cum dicta Substitutio ad favorem Hospitalis & Pauperum sit pupillaris expressa, excludit Matrem in totum à filie impuberis successione, & ab ipsa legitima cap si pater & filius de test. in 6. Lucius 43. ff. de vul. & pupil. l. Papiusianus §. sed neque ff. de inoff. testam. l. precip. 8. 6. de impub. & aliis substit. Peregr. de Fideic. art. 34. n. 39. vers. contra matrem Fular. de substit. q. 156. per tot. & signanter nu. 14. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 14. n. 17. & 12. Craff. §. Substitutio q. 30. n. 2. Grat. disp. 407. nu. 5. & 22. Rot. dec. 307. n. 6. cor. Uald. dec. 493. nu. 6. cor. Pentinger. dec. 639. n. 4. p. 1. dec. 120. n. 1. & 16. par. 7. rec. & in Perusina Fideic. de Floribus 10. Martii 1690. §. super portione, & seq. coram R. P. D. meo Ursino.

Pupillaris autem Substitutio expressa DD. probari visa est in præsentis casu ex illis verbis. Quando poi morisse la mia figliuola prima di essere maritata, o arrivare all'età adulta, quæ idem importate existimarunt, ac si fuisset expressa forma pupillaris substitutionis, cum ista censetur considerata quoties verba habent respectum ad ipsam pupillarem etate, per tex. in §. Instit. de pupill. ibi & prius mortuam quam in suam sententiam venerit scilicet antequam pubes factus sit l. si ita scriptum 8. ff. bonor. posses. secunda. tabul. l. qui habebat 47. ff. de vulgar. & pupil. ibi. Sed filia si antequam nubere decefferit ubi glof. ibi. id est nubilus esset: R. ipa in l. 2. nu. 38. ff. eod. Socc. sen. consil. 116. nu. 4. vers. multo fortius lib. 1. Soccin. iura. consil. 113. n. 10. l. 1. Altograd. consil. 91. n. 1. cum seq. lib. 1. Marta de success. legal. p. 4. quæst. 22. n. 37. Mantica de consuet. lib. 5. tit. 7. n. 8. v. Quemadmodum Menoch. lib. 4. præsumpt. 493. n. 8. vers. nam conditio, Rot. dec. 424. n. 13. & 18. dec. 448. n. 2. coram Duozet. jun. & in d. Perusina §. primum quippe.

Nec sustineri potest, quod hæc substitutio concepta sit verbis obliquis, ac proinde fideicommissaria reputanda sit non pupillaris, Fular. de substit. q. 244. n. 7. & consil. 24. per tot. Manl. consil. 157. n. 14. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 4. nu. 8. Rot. dec. 31. nu. 7. & 10. par. 9. rec. quamvis adit mentio pupillaris ætatis, eo quia stantibus verbis obliquis, verba si in pupillari etate decefferit important conditionem pro fideicommissio l. cogere de 41. §. cum filia ff. de vulgar. Bald. consil. 120. per tot. lib. 2. Fular. de substit. quæst. 243. & 244. n. 37.

Quoniam contrarium apparuit ex verbis testamenti ibi. Come più parerà alli Signori Deputati, quali da me sono pregati di prendere sopra di se l'affare, & dirigerlo con la conservazione de capitali nel modo, che stimeranno più profittevole per la povertà, quæ indiget Testatorem jure directo substituisse Hospitali, & Pauperes, non jure fideicommissi ex efficacia illius verbi accipere relati ad personas Deputatarum quod ex se non obliquum, sed directum, est, & facit pupillarem, Bart. in l. centurio n. 163. & 21. ff. de vulg. & pupil. Odd. de substit. compendios. p. 5. art. 1. Verbo accipitur, Craff. §. substit. q. 5. n. 3. Gulielm. Benedicunt in cap. Raynutus p. 2. Verbo si absque

abque litteris il. 2. tit. de compen. substi. d. g. 244. nu. 2. 14. Neque contra hoc adduci potest Bald. in l. precibus n. 45. C. de impub. & alii substi. cum ceteris, qui cum sequuntur relatis per Fufar. ead. g. 244. n. 9. Quia isti Authores disputant solum quaestione, An substitutio in casu obitus filii in pupillari aetate ordinata per haec verba; volo bona mea vendi, & pretium distribui pauperibus sit pupillaris, vel fideicommissaria, & descendunt contra Bartolum, eam esse fideicommissariam, & descendunt constituentes fundamentum in eo, quod in praedictis verbis non subintelligatur verbum directum accipiunt, quod subaudi debere tenet Bartolus. Ideoque dum in praesenti casu expressè concurrat dictum verbum accipiunt, inde est, ut etiam ex sententia Baldi, & sequacium, substitutio, de qua agitur, sit pupillaris.

Tantò magis concurrentibus conjecturis, quibus defertur ad effectum dignoscendi, Testatorem voluisse pupillariter substituere etiam ad exclusionem Matris à legitima, Bartol. in l. quarebatur, & ibi DD. ff. de milit. testam. Curt. jun. conf. 290 n. 12. & segg. Andreol. conr. 7. num. 21. Card. de Luca de Fideic. dist. 124. n. 5. vers. evolvitur, Mansf. conf. 327. n. 35. & seg. Rot. dec. 717. num. 12. coram Coccin. dec. 181. per tot. p. 2. div. dec. 120. a. n. 21. p. 7. 96.

Conjecturae autem resultant; Primò ex dinumeratione aetatis, & temporum considerata per Testatorem in substitutione cum expressione aetatis ante pubertatem ibi. Quando poi morisse la mia figliola prima di essere maritata, & arrivero all' età adulta, hoc enim casu praesumitur, Testatorem voluisse substituere per pupillarem intra tempus pupillaris aetatis, Bald. in l. si quis ad declinandum 37. n. 7. vers. Sed ponamus C. de Episc. & Cleric. Menoch. lib. 4. praesumpti. 56. n. 6. Fufar. de substi. g. 242. num. 88. & 93. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 14. n. 45.

Secundò ex Legato ususfructus omnium bonorum cum taxativa (Sinche il mio Herede sarà in età adulta, & stato nubile, & essa mia Consorte resti nello stato Vedovile, & ex aliis Legatis florenorum 500. ac ususfructus praedii tornaturorum 60. naturali vita durante eidem Uxori, & Matri respectivè relictiis, quae dicuntur facta in recompensationem ablatae successioneis, & legitima per pupillarem substitutionem, Fufar. conf. 20. n. 13. Menoch. d. praesumpti. 56. n. 25. & 26. Andreol. d. conr. 7. n. 22. Rot. dec. 453. n. 9. cor. Peuting. dec. 367. n. 12. coram Mant. dec. 424. num. 22. cum seg. dec. 448. nu. 11. coram Duno. jun. & tenuit etiam Bald. contrariae opinionis auctor conf. 417. alias 422. vers. hic maritus proceidit uxori, lib. 3.

Tertiò, ex eo quod Testator nedom in casu mortis pupillae antequam perveniret ad aetatem adultam, sed etiam casu quo Monialis efficeretur, non substituit Uxorem, seu Matrem pupillae, sed semper substitutionem fecit ad favorem pauperum, cum hoc discrimine, quod in casu Monacationis medietatem reliquit filiae, alteram medietatem Pauperibus. In casu verò quod decederet ante pubertatem, totam hereditatem Hospitali, & Pauperibus distribuì mandavit, ex quibus indicatur voluntas Testatoris in utroque casu excludendi Matrem à successione filiae, Fufar. de substi. g. 242. n. 138. Rot. dec. 181. n. 5. p. 2. div. dec. 424. nu. 22. & dec. 448. n. 11. vers. tertiam pariter, coram Duno. jun.

Quartò, quia Substitutio Hospitali, & Pauperum est in tota hereditate, & toto eo, quod filiae relinquebat, ibi (tutto quello, che le lascio, & resta del mio,) quod indicat Testatorem voluisse, bona sine diminutione ad eos pervenire, quod utique non adimpleretur si fieret detractio legitimae per Matrem, ut ponderat Bald. d. conf. 417. alias 422. vers. sed hic appareat de mente lib. 3. & notat Peregr. de fideic. art. 34. n. 35. & 47. Fufar. de substi. g. 141. nu. 66. cum seg. & qu. 242. n. 104. & 108. Menoch. d. praesumpti. 56. n. 156. Andreol. conr. 7. n. 24. Rot. dec. 707. n. 14. cor. Coc. dec. 424. nu. 26. & dec. 448. n. 11. vers. quarta denique cor. Duno. jun.

His accedit favor pie causae substitutae, quae ad Matris exclusionem facit praesumere pupillarem, cum Testator 45 plus censetur diligere animam suam, quam Uxorem, seu Matrem respectivè, Fufar. d. g. 242. n. 81. Peregr. d. art. 34. n. 43. Grat. discept. 528. n. 11. Merl. de legit. d. lib. 3. tit. 2. q. 14. n. 61. Rota ead. dec. 717. cor. Coc. n. 27. & cor. Duno. jun. d. dec. 424. n. 25.

Tandem nihil referunt verba Testatoris ibi (voglio, che tutto quello, che le lascio, & resta del mio,) ex quibus scribentes pro Matre deducebant Testatorem disposuisse tantum 16 de suis bonis, non autem pupillae, & consequenter substitutionem pupillarem exclusam remanere, & solum habere

locum fideicommissariam ex dictis per Merlin. de legit. eodem lib. 3. tit. 2. q. 14. a. n. 16. Quoniam constituto, ut in praesenti, de expressa pupillari probata nedom ex verbis, sed etiam ex urgentibus conjecturis supra relatis, sequitur, sub hac substitutione venire nedom Bona Testatoris, sed etiam pupillae, non obstantibus verbis tutto il mio, quae sicuti alia verba in bonis suis haeredem fecit, sibi substituit, & similia, non immutat formam, & naturam pupillaris substitutionis, Altograd. d. conf. 91. num. 32. cum segg. lib. 1. Gratian. discept. 407. n. 21. & d. discept. 528. n. 13. & 36. Mant. de consuet. lib. 5. tit. 2. n. 12. Peregr. d. art. 34. n. 45. Menoch. lib. 4. praesumpti. 48. n. 12. Fufar. de substi. g. 241. n. 63. Rot. dec. 307. n. 4. cor. Ubald. dec. 84. a. n. 6. & dec. 101. nu. 5. cor. Burat. d. dec. 717. n. 30. cor. Coc. & cor. Duno. jun. ead. dec. 424. n. 13. & 16. Et ita utraque &c.

R. P. D. P. R. I. O. L. O.

Firmana Successionis.

La. n. 28. Aprilis 1692.

A R G U M E N T U M.

Substitutio continens Bona Testatoris neque ullam mentionem faciens de pupillari aetate & concepta per verba communia & obliqua non continet pupillarem juxta doctrinam Card. de Luc. De Fideic. CXXXIV. Enumerantur quoque conjecturae ad excludendam substitutionem pupillarem ut Mater non sit excludenda à luctuosa filii hereditate.

S U M M A R I U M.

- 1 Verbum ricada est commune & obliquum.
- 2 Substitutio facta per Testatorem de suis bonis per verba communia & obliqua continet tantum fideicommissariam, non vero pupillarem.
- 3 Avia non potest nepotibus facere substitutionem pupillarem.
- 4 Testator non praesumitur voluisse facere substitutionem pupillarem si Testamentum continet solum cum Persona quae pupillariter substituere nequit & cum eisdem verbis eius quoque regulaverit substitutionem & n. 6. & 19.
- 5 Unica determinatio respiciens plura determinabilia debet aequaliter determinari.
- 7 Testator non dicitur velle pupillariter substituere si tantum de propriis bonis disponere voluerit.
- 8 Testator declarando quod condidit suum ultimum Testamentum dicitur non cogitare de substitutione pupillari quae importat Testamentum alienum.
- 9 Testator non dicitur voluisse pupillariter substituere si substitutio concepta fuerit cum eisdem verbis cum quibus facta fuerint aliae substitutiones in quibus cadere non possit pupillaris.
- 10 Eadem dispositio non debet diverso jure censeri.
- 11 Testator non disponendo expressè vel equipollens de bonis filii Pupilli non obstante quod bona habere sciebat praesumitur voluisse facere pupillarem substitutionem.
- 12 Si in nulla parte Testamenti etiam pupillaris expressa fuerit pupillaris substitutio sub compendiofa comprehenditur.
- 13 Substitutio facta per verba communia & obliqua continere non potest pupillarem.
- 14 Si Testator verisimiliter habuerit ignorantiam de substitutione pupillari & de vi & efficacia verborum illam implicitè importantem credendum est voluisse tantum condere fideicommissariam.
- 15 Testamentum factum à duobus diversis facultatem habentibus reputari debet duplex dispositio.
- 16 Ad dignoscendum an Testator voluerit substituere pupillariter non cortex verborum, sed verisimilis mens, & intentio disponentis est attendenda.
- 17 Testator dicitur voluisse substitui hereditate abque ulla dictione taxativa comprehendens tantum bona Testatoris vide n. 24.
- 18 Verbum ricada in substitutione aptum est recipere pupillarem, & fideicommissariam.

19 Cor.

- 19 Contrarium est verius & n. 23.
- 20 Ille qui non habet in potestate institutum non potest ei pupillariter substituere nec per modum conditionis & operarii sed substitutione resolutoria fideicommissariam.
- 21 Ut excludatur substitutio pupillaris non est necesse quod adfit dicitio taxativa in Testamento.
- 22 Declaratur Dec. 717. coram Coccin.
- 23 Favor pie causae ad arguendum substitutionem pupillarem non est considerabilis si substitutio sit illius favore concepta sub conditione incerta.
- 25 Clausula omni meliori modo inseritur pro affirmanda substitutione pupillari eo tantum casu quo alio modo Testamentum subsisteri nequeat.
- 27 Praedicta clausula pro arguenda pupillari substitutione est inefficax si deficiat mentio pupillaris aetatis & substitutio restricta sit bonis Testatoris.

D E C I S I O LXXXV.

Postquam Nicolosa mater, & Jo. Baptista filius sub unico tantum testamento in tota hereditate sese ad invicem instituerunt, sibi quae substituerunt Mariam Flaviam & Antoniam Rotam, & Neptes respectivè ambabus sine filiis decedentibus ad hujusmodi hereditatem vocarent Montem Firmi per haec verba Item lasciano, che morendo uno di essi Testatori tutta l' heredità ricada à quello che sopravviverà, & dopo la sua morte ricada tutta l' heredità alle Zitelle &c. morendo l' altra, che il marito della medema non possa pretendere che solo suo. 560. Et il residuo della detta heredità al Monte del suffragio. Mortuus ambabus s Maria, & Antonia sine filiis, tanquam incontrovertibilis admisa fuit ab Angelo da Iororum Avunculò purificationis substitutionis favore matris, sed tantum praetendebatur subsistere Testamentum, vel eo subsistente immisione non esse concedendam nisi in bonis Testatorum, eo quia substitutio esset duntaxat fideicommissaria non vero pupillaris; proposita itaque causa in hodierna audientia DD. posthabitis nullitatibus tanquam irrelevantibus dixerunt immisionem esse dandam Monti juxta modum, demptis scilicet legitima, bonis Pupillaribus si quae existerent.

Quod talis substitutio continens tantum bona Testatorum neque ullam mentionem faciens de pupillari aetate, sed uti concepta per verba communia, & obliqua nempe ricada sit compendiosa comprehendens magis substitutionem fideicommissariam, quam pupillarem communior est DD. opinio, & prorsus abque omni difficultate concurrentibus conjecturis, prout hic, quae demonstrant talem fuisse Testatoris intentionem, sicut semper observatum fuit in examine hujus articuli, ut sequendo doctrinam Bartoli in l. precibus n. 44. C. de impub. videtur esse apud Mant. de consuet. l. 5. tit. 3. n. 12. & l. 7. tit. 3. n. 12. Rot. de fideic. ar. 34. n. 44. vers. Et sic censuerunt. Maref. var. ref. c. 140. n. 1. & seg. Card. de Luca de fideic. dist. 124. n. 4. cum seg. & alter de Luc. ad Grac. e. 528. sub n. 8. Rot. dec. 504. n. 1. & per tot. & dec. 63. n. 3. & apud Torre de pact. fut. success. dec. 133. n. 5. & cor. Duno. jun. dec. 66. n. 5. & Caril. dec. 183. n. 10. & Buratt. dec. 101. n. 2. quod adsumptum non fuit inter partes controversum, & super quo etiam DD. principaliter fixerunt pedem.

Quo citca afluentes modo cognitionem super vi & efficacia conjecturarum Patrum delinquerunt ex unico testamento in quo tam Mater, quam Avia per eadem verba de propriis bonis disponentur, sicuti enim Nicolosa ex defectu potestatis non poterat fuis neptibus pupillariter substituere, juxta regulam de qua agit Fufar. de substi. g. 118. n. 27. & g. 300. n. 2. Ita dicendum est, quod Jo. Baptista noluerit illis substituere nisi per fideicommissum ut ita se uniformaret cum potestate & voluntate Nicolosae Matris, sicuti fe omnino cum illius verba conformavit, quae sane voluntatis conformitas eo certius praesumenda est, ne eadem verba diversas interpretationes recipiant, & diversos 5 quoque operentur Juris effectus, cum unica determinatione respiciens plura determinabilia debeat aequaliter determinare per text. in l. iam hoc jure ff. de vulg. & pupill. Mant. de consuet. l. 5. tit. 14. n. 15. Menoch. l. 4. praesumpti. 54. n. 20. Grat. c. 684. n. 50. cum segg. & Rot. in recent. dec. 527. n. ut p. 13. & specialiter ne substitutio compendiosa comprehendat pupillarem quando pro una parte potest illa Aviae resolvi in fideicommissarium, Rot. dec. 344. n. 40. par. 1. 5. nec.

Secunda conjectura resolutura vifa fuit ex eo quod Testat. ad Theatr. de Luca. Vol. 11.

ratore non intellexerunt disporre nisi de propriis bonis, quod elicuit fuit ex duplici capite, primo scilicet quia 6 declaravit velle condere (suum ultimum Testamentum, quae colligitur non cogitasse de substitutione directae, quae importat Testamentum alienum per text. in l. 2. §. 1. ff. de hered. vol. ad. vend. de Luca de fideic. dist. 79. n. 3. & dist. 124. n. 16. vers. 2. est Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 14. n. 106. & seg. Maref. var. resolut. cap. 139. n. 7. lib. 2. Rot. in rec. 8 dec. 52. n. 33. cum segg. p. ar. 13. secundo ex verbis ipsius Testamenti, nam Testatores ad invicem fe instituyendo voluerunt, che morendo uno d' essi tutta l' heredità ricada à quello sopravviverà cum autem omnes substitutiones sint eisdem verbis conceptae sicut respectu hujus primae nulla adaptari potest consideratio pupillaris substitutionis, cum adhuc pupillae non essent haeredes, ita hoc idem dicendum est aliis substitutionibus successivè factis, ideoque si illud verbum tutta l' heredità in prima dispositione adjectum non potest comprehendere nisi hereditatem Patris, 9 & Aviae, quomodo in ultima substitutione erit ampliandum ut comprehendat etiam bona pupillarum, cum eadem dispositio non debeat diverso jure censeri, Maref. var. resolut. cap. 139. lib. 2. num. 4. cum segg. & conferunt 10 tradita per Fufar. de substi. part. 2. §. 7. num. 12. cum segg. Eo magis quia Testatores jam sciebant pupillae habere de proprio dotem matris jam pramortuae de qua neque expressè neque per equipollens ulla mentio facta legitur, quam tamen facere debuissent si de illarum patrimonio 11 disporre voluissent.

Tertia conjectura est, quod in nulla parte Testamenti aetatis pupillaris filiarum expressa fuit, imò Testatores potius illas considerantur extra pupillarem aetatem, cogitando de illarum matrimonio tam in Domino quam in secundo 12 lo, ut videre est in ultima substitutione (morendo l' altra parimente senza figli ricada al Monte del suffragio) susceptio enim liberorum, & matrimoniorum contractus à Testatoribus contemplati non bene congrunt cum pupillari aetate, ideoque in hoc casu dicendum est quod sub compendiosa non comprehendatur substitutio pupillaris, ut bene comprobatur Fufar. de substi. p. 241. num. 21. Menoch. de praesumpti. lib. 4. praesumpti. 54. nu. 21. & Intrigol. de substi. conf. 3. quae 21. n. 46.

Pro quarta demum conjectura considerata fuerunt verba ipsarummet substitutionum, quae cum communia sint, 13 & obliqua scilicet ricada nunquam substitutionem pupillarem importare valent juxta auctoritates superius laudatas in §. quod talis substitutio.

Quibus omnibus accidit ignorantia quia cum verisimiliter non cogita verint ordinare substitutionem pupillarem, minime intelligere poterunt vim & efficaciam verborum 14 illam implicitè importantem credendum est voluisse tantum condere fideicommissum magis fieri consuevit, Menoch. de praesumpti. l. 6. praes. 2. n. 16. de Luca de ref. dist. 58. n. 2. vers. in proposito igitur & Fufar. de substi. p. 379. n. 19. cum segg.

Ad enervandum vim istarum conjecturarum opponerent scribentes pro Monte quod talis dispositio quamvis esset in unico folio exarata reputari debebat ac si esset duplex 15 testamentum, in specia maxime diverfata facultatis disponendi, & praecipue quando subest diverfa ratio, & utraque dispositio respicere potest diversos effectus prout hic, nam Nincolosa non potuit pupillariter substituere, non ita 15 dicendum est de Jo. Baptista habente pupillos in potestate, cum agatur de diversis dispositionibus in eodem folio contentis ex conf. Bellon. 83. n. 8. & de diversis personis in quibus debet dari divisio, & distinctio proportionata, quae juxta terminos Juris conveniat voluntati utriusque Testato- 16 rum sed in hac materia non sit inspicendus cortex verborum text. in l. non alius 69. n. 1. ff. de leg. 3. Rot. cor. Duno. d. 614. n. 5. cum seg. & in rec. dec. 65. n. 39. p. 5. & dec. 150. n. 13. p. 18.

Secundò dicebatur Testatores non respexisse solummodo ad primam hereditatem, sed voluisse disporre quoque de hereditate filiarum, ex quo in genere disponentur de tota hereditate, ideoque cum in casu praesenti nulla adfit taxativa comprehendens bona Testatorum, ex hac igitur nota totalitatis censendum est illos intellexisse etiam de hereditate pupillarum ut firmat Rot. coram 17 Coccin. dec. 17. n. 17. & segg.

Et Tertio objectabatur quod non minus substitutio 18

